

2

DIFFERENTIAE ANIMALI- VM QVADRVPEDVM SECUNDVM LOCOS COM- munes, Opus ad animalium cognitio- nem apprime conducibile.

JOANNE FABRICIO MON-
tano authore.

SIMILITUDINUM

Ab omni animalium genere desumptarum Libri
VI. ex optimis quibusq; Authoribus sacris & pro-
fanis, Græcis & Latinis, per Othonem Vuerdmülle-
rum collecti, & pulcherrima methodo digesti.

Omnia nunc primum ædita.

TIGURI PER ANDREAM GESS
nerum F. & IACOBVM Geßnerum, fratres.
Anno Salutis humanae M. D. LV.
Mense Februario.

Doctissimo viro - D. Ioanni Fabricio, pra-
ceptori et compatq; suo charissimo
Ioann: Fabri ciui: - d.d.

ii DIFFERENT. TOTIVS

Canes cum lupis, vulpibus et tigribus cō-
eunt, reliqua quære inter bigenera.

Sues tantum coitu spumam ore fundere di-
ligentiores tradunt, Plinius.

Ex terra generantur.

Quædam ranæ ex putredine & imbrina-
scuntur. Item omne genus muris, licet etiam
ex coitu sui generis: quod tamen quidam de so-
lis Aegyptijs intelligi volunt.

Creatur talpa ex terra simul & pluia.

Hoc commune habent animalia cum stir-
pibus, quod alia semine, alia sponte orientur,
Aristoteles.

A conceptu.

Cerui non concipiunt ante Arcturi sydus,
Sol. Arist.

Oves & capra terno & quaterno coitu
implentur, Arist.

Equæ ab asino citius implentur quam ab
equo. Aquilonis flatu mares concipi dicunt,

Austri

A CAVSA CONSER. 23

Ad Chalibas aurum à murib. vorari aiunt:
in Cypro, Paro, Giaro insulis ferrum erodi.

Lupis peculiare est terram quandam in sa-
me edere, Plin. Aristoteles.

Non alio quām aëris alimēto chamaleō ui-
uit, Plin. Solin. sed alij chamaleontem rore et
muscis aliſcribunt.

Omniora sunt, vṛſus, fues, vulpes, la-
certi, mures alpini, ichneumon, feles.

Venenis capreæ & coturnices pingue-
ſcunt, Plin. Stellio araneis viuit, & rore &
melle: fues deuorant serpentes, limaces, & ſa-
lamandras: ichneumon serpentes in cibo ap-
petit: mortiferis herbis pafciuntur catoblepa &
taxus.

Noctu paſcuntur lepores, cuniculi, uul-
pes, capreoli, lupus, hyena, mures: testudines
noctu ē mari paſtum egrediuntur, interdiu
viuunt conchilijs.

Opifistoma, boues Indici & Garamā A modo.
tici: alce præterea propter crassitudinem fu-
perioris labri.

Priorib. pedib. pro manibus utuntur sciuri

αρσενιθλυντ.

*Lepus incerti sexus est, modo mas modo
fœmina.*

*Sexus discrimin Rhinocerotes non ha-
bent, sed omnes eius generis mares apparent
fœminæ nunquam.*

*Vulgaris falso credidit hyenas alternis annis
fœminas & mares fieri.*

*Salamandris non est masculinum fœmini-
num genus, Plinius.*

*Salamandræ nec masculinum nec fœmini-
num genusesse falso putant, Georg. Agric.*

*Sexu tantum differunt, capra & hircus,
aries & ouis, pardus & panthera secundum
Plinium.*

*Vacca & taurus, bos nomen virisq; com-
mune.*

Ab ætate.

Mænagó- *Elephantem alij annos ducentos, alij tre-
Bia. centos vivere aiunt, Aristot. Aelian. Solin.
Strabo.*

He-

minum ferarumq; aduentum, ceteris clamore denunciet.

Vnus ex muribus alpinis, pedibus supinis, fœnum à reliquis congestum cœn plaustrum accipit, & sic onustus caudaq; mordicus apprehensus in specum trahitur: eodem modo castores ligna aduehere, & taxos effossam terram ex domicilijs euehere apud recētores legitur: castores ex lignis quoq; casas artificiose extruunt.

Lupus contra magna armata dimicaturus, ventrem terra explere dicitur, ut ponderosus non facile excutiatur: visus est etiam frondes quas ore gestauit, capris porrexisse, hocq; modo inescasse: Idem minores pecudes auricula comprehensa secum currendo abducit, & renitentium clunes cauda ferit.

Pantheram cū venatur, sese abscondere refunt, & odore suo belluas illectas inuadere.

Hyæna vomitionem hominis imitando, canes capit, Arist. Plinius.

Vulpes in terram abiecta, mortuamq; se simulans, aduolantes aues hianti rictu captat:

AC DIFFERENT. TOTIUS

eadem erinaceum conuolutum vrina sua suffocat: pisces quoq; astutè ex ripis cauda illaqueat: vespas præterea caudæ villo implicatas, ad obuias arbores aut muros excussas, obterit & deuorat.

Echinus vindemiæ tempore vites subit, pedibusq; botrorum acinos in terram decutit, quos ibidem volutatus vndiq; spinis confixos excipit, Plutarch.

Crocodilus cum fame stimulatur haustas vndas in semitas euomit, ut homines aquatum egredientes, in lubrica via labantur, & facilius abs se corripiatur: vide prouerb. Crocodili lachrimæ.

In transeundis fluminibus nonnullorum industria.

Lupi caudis mordicus mutuò comprehensis, fluuios tranant: faciunt idem mures caspij, ne impetu fluminum abripiantur: elephati minimos præmittunt, ne maiorum ingressu atterente alueum, gurgitis altitudo crescat.

vtq;

vtq; contra in sequentes hostes à tergo sese mu-
niant, matres verò lactentes pullos promusci-
de aut dentibus ferunt: idem cum fossas tran-
silire nequeunt, qui cæteris robustior est in
fossam se demittit, & per tergum transuer-
sus gradientes pontis loco suffert, cæteri dein-
de seruati promuscidet & sarmen tis, eum qui
in fossa seruierat, extrahunt.

Mures mutuas caudas mordicus tenentes
in aquas lapsos subtrahunt.

Sciurus fluum traiçiens, assere vel cor-
tice pro naui uititur, & cauda pro velo.

Vulpem frigore concreta flumina transeū-
tem obseruatum est, aure ad glaciem apposi-
ta, coniectasse crassitudinem gelu.

Asini pontes non transeunt per raritatem
eorum translucentibus fluijs.

Visa est mustela continuatis saltibus flu-
uum Limagum transisse, & non esse demer-
sa: Gesn.

Nonnullorum in uenatione
industria.

Castorem in fuga genitalia mordicus auel lere, alijs negant, alijs affirmant.

Leo cum à venatoribus quæritur, sua vestigia cauda obducit.

Canem insectantem, vulpes cauda hac et illac, per ipsius rictum ducta, eludit.

Elephantì à venatoribus fossis aut foueis dolo intercepti, ab alijs congestis syluis, et iniectis saxis, fouea expleta recipiuntur: idem cum fugiunt, aut pugnant cum venatoribus, infirmos aut fessos in medium agmen recipiunt.

De alce ferunt quod à venatoribus agita ta ad aquas configiat, easq; frigidas ore hau stas, feruidas denuò in canes eructet.

Hyænæ umbræ contactu canes obmutescere tradunt, Plinius.

Hystrix missiles iacit aculeos: idem man tichora bellua Indiæ facere legitur.

Elephantì & ursi cadavera sui generis sepeliunt. Tzezes. Elephanti iussa faciunt: eos dem nutricis omnia munia circa puerum ob iisse compertum est, literas vero Græcas & lati-